



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 106. Calvini dolor ob Buceri, aliorumque amicorum suorum mortem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI
A. C. 1551.

vel amore, vel odio homines profequatur. Ceterum referunt Scriptorum nonnulli, quod Buccerus Judaicæ superstitioni adhærens mortem oppetiisset.

§. CVI.

Calvini dolor ob Bucceri, aliorumque amicorum suorum mortem.

Quamvis Calvinus in quibusdam religionis articulis a Buccero diffentiret, ægerrime tamen illius obitum ferebat, nec minus dolebat, ac mortem Joachimi Vadiani, qui Sancti Galli Consul, ac amplissimæ eruditionis Vir arcta Calvino amicitia junctus erat. Nihilominus acerbiori adhuc dolore Calvini animum torquebat suorum hostium factio, quæ exeunte hoc anno in apertas erumpebat flammæ; cum enim Calvinus a quadam urbe trans Rhodanum sita, ubi sermonem ad populum habuit, domum reverteretur, nonnulli ipsum ludibriis, ac cachinnis excipiebant, ejusque socius Raymunus in flumen præceps ruebat, eo quod noctu pons, quem transire cogebantur, ab eorum adversariis clam fuisset ablatum.

§. CVII.

Tumultus in Calvinum Genevæ suscitati.

Pa-